



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

XVII. De duello & duellum permittentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

CAP. I.

cum reperiantur privatione digni, statim cum processu inquisitionis ad nos deferantur, eadem diligentia & inquisitio in quibusque generalibus capitulis, etiam provincialibus quoad eos severetur, penis aliis contra predictos, & alios publicos concubinarios iure statutis, in suo robore permanant.

Publici autem intelligendi sunt non solum illi, quorum concubinarius per sententiam, aut confessionem in iure constat, seu per rei evidentiam, quae nulla possit tergiversatione celari, notorium est, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam & diffamatam tenent, & per se ipsum superiorem ad moniti ipsam cum affectu non dimittunt. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionem Ecclesiasticam habentes pecuniaris questus ad concubinarios percipere non erubescunt, patientes eos in tali forditate fore delere, sub poena maledictionis aeternae praecipimus, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alterius questus talia quovismodo tolerant, aut dissimulent, alioquin ultra praemissam negligentiae poenam duplam eius quod propterea acceperint, restituere, & ad pios usus omnino converterte teneantur, & compellantur. Ipsas autem concubinas ad suspectas Praelati omnibus modis curent, suis subditis per auxilium, & brachii secularis invocationem, si opus fuerit, penitus arcere, qui etiam filios ex tali concubinato procreatos apud patres suos cohabitare non permittant. Iubemus insuper quod in praedictis Synodis & capitulis praemissa publicentur, & ut quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneant, diligenter injungimus. Praeterea omnibus secularibus viris, etiam si Regali praefulgeant dignitate, ne ullum qualecunque inferant impedimentum, quocumque modo, Praelatis, qui ratione officii sui adversus subditos suos pro huiusmodi concubinato, & aliis casibus sibi à jure permissis procedunt. Et cum omne fornicationis crimen à lege divina prohibitum sit, & sub poena peccati mortalis necessario evitandum, monemus omnes laicos, tam uxoratos, quam solutos, ut similiter à concubinato abstineant: nimis enim reprehensibilis est, qui uxorem habet, & ad aliam uxorem seu mulierem accedit: qui vero solutus est, si continere nolit, iuxta Apostoli consilium uxorem ducat: pro huiusmodi autem divini observantia praecipit, hi ad quos pertinet, tam salutaribus monitis, quam aliis canonicis remediis omnino studio laborent. Rom. 14. Cal. Ian. 1516.

Pius V.

In Sodomitis, & concubinariis.

CAP. II.

Si quis crimen nefandum & contra naturam, propter quod ira Dei venit in filios dissidentiae, perpetraverit, Curiae seculari puniendus tradatur, & si clericus fuerit, omnibus ordinibus degradatus similis poenae subiciatur.

Monemus praeterea omnes locorum ordinarios, & in virtute sanctae obedientiae eis praecipimus, ut statuta Tridentini Concilii contra concubinarios tam clericos quam laicos edita diffinitè faciant observari, redituri Deo ac nobis si id omiserint rationem. Rom. 6. Cal. Apr. 1565.

TITVLVS XVII.

DE DVELLO ET DVELLVM permittentibus.

Julius II.

Tugantes in duello, & duellum permittentes, quocumque causa, etiam iure probata, excommunicantur, eius sepultura in loco sacro denegatur.

a Deuter. 23. Tob. 4. i. Corinth. 6. Ephe. 5. Gal. 5. Actor. 15. Math. 19. Marc. 7. b Non potest haec res magnitudine sceleris enarrari. Lull. lib. 6. cap. 23. c Concil. Trident. sess. 24. de reform. matrim. cap. 1.

Regis pacifici qui regnat in caelis, licet insufficientibus meritis, vices gerentes in terris, cunctorumque fidelium statui, prout ex susceptae servitutis tenetur officio, indefessa solertia intendentes, ac animarum periculis obviare cupientes, ad ea per quae ubique, praesertim in terris Romanae Ecclesiae sponsae nostrae subiectis inter fideles eosdem, exdes, rixae, & contentiones cessant, scandalorum tollantur fomenta, pax & concordia vigent, prosperisq; eorum successibus consulatur, opportuna provisionis operam impendimus, prout in Domino confpicimus salubriter expedire. Sane non sine maximo animi nostri perturbatione accepimus, quod nonnulli fidelium praedictorum, inimico humani generis instigante, & aliquibus causis occurrentibus, & pietumq; minister, & inhonestis ac levis verbis ad contumelias, contentiones, & diffidationes devenientes, ut alter alterius sanguine laticetur, ad temporales Principes & dominos, maxime civitatum, terrarum, & locorum sedi Apostolicae subiectorum cofugiant, ut eis locum tutum, sive campum ad duellum seu pugnam assignent. Et quamvis a Principes, & domini praefati duellum sive pugnam eis dissuadere & prohibere deberent, tamen plerumque locum aut campum tutum huiusmodi assignant, malevolumq; altercantium propositum ad executionem augent, magisque uni quam alteri favent, ex quo hominum mortes dependent, & nisi divina gratia praevenerit, animarum perditiones, mutilationes, & vulnera, inter aliosq; pugnantium amicos odia & altercationes, & ex uno inconvenientes plura oriuntur, in ipsorum fidelium animarum & corporum periculum, generisque humani praefati iustitiam, perniciosum exemplum, & scandalum plurimorum. Nos igitur qui fidelium praedictorum tranquillitatem, & pacem syncretis desideris exoptamus, saluberrimis Christianae religionis documentis & exemplis Deum tentandum non esse praemoniti, Salvatorisq; Domini nostri Iesu Christi, qui Petro Apostolorum Principi ut gladium mitteret in vaginam mandavit, praecipit edocti, attendentes hominem homini, inter quem cognationem quaedam natura constituit, insidiari nefas, & gladiatoria munera & pugnationes huiusmodi vulgares à religionis nostrae pietate damnari, cruentaq; spectacula à sacris canonibus, & imperialis legibus inhibita & improbatas, sicq; pugnantem infamia notari, & diversis poenis puniri, & cum omni tempore, potissimum tamen in ocio civili, & domestica quiete publica detestanda esse, motu proprio non ad alicuius super hoc nobis oblati petitionis instigationem, sed de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, hac in perpetuum valitura constitutione, duellum omnia & gladiatorum huiusmodi usum damnamus & improbamus, & in terris Rom. Ecclesiae mediata & immediata subiectis, per quoscumque quavis auctoritate & potestate, ac nobilitate fulgentibus, sub excommunicationis latae sententiae poena, & quacumque causa, etiam à legibus permissa, fieri omnino prohibemus. Dictosq; pugiles taliter pugnantes, ubiq; impune capi posse & puniri pro homicidio vel vulnere, iuxta juris communis dispositionem, nulla eis consuetudine suffragante, statimus, corporaq; in duello in terris Eccl. mediata vel immediata subiectis facto morientium in sacro sepelire prohibentes. Ro. 5. Cal. Aug. 1507.

Leo Decimus.

Duelli auctores, proscriptioe bonorum, spectatores excommunicantur, & multa pecunaria pestantur.

CAP. II.

Quam Deo & hominibus abominabiles viri pugnantes in duello existant, & omnium in ore versatur, & di-

a Concil. Trident. decreto sess. 23. cap. 19. Principes duellum permittentes excommunicantur, & committentes illud, & patros, consultores, spectatores excommunicantur & sunt infames, & praesertim poenae bonorum multantur.

yna humana; iura detrahitur: nec imperio, cum non
 solum corporum, sed etiam eorum animarum, pro qui-
 bus Saluator noster Iesus Christus Dei filius mortem sub-
 iit temporalem grave detrimentum afferre nesciant. Ad
 reprimendum igitur talium nefarios ausus plurimum
 conferre censentes, eos, qui huiusmodi scelus detestabile
 quidem, & canonica, civiliq; lege prohibuitum patrare
 non expaveant, graviter fore puniendos: ac ea quæ ad
 compescendum similes vetitos conatus à Rom. Pont. præ-
 decessoribus nostris statuta fuerunt, ut eo firmius obser-
 ventur, quò sepius fuerint auctoritate Apostolica com-
 munita, approbamus, & novo munimine roboramus, & si
 qua ad pertegendum animos ad aces meliora sint, his ad-
 iudicamus, prout in Domino conspiciamus salubriter expe-
 dit. Adicientes, & eadem auctoritate Apostolica statu-
 entes, quòd pugnantes ipsi non solum poenis prædictis
 subjaceant, sed eorum memoria perpetuo damnata sit, ac
 bona proscripita sint, & Cameræ nostræ Apostolicæ confi-
 scata eo ipso. Duces, Barones, Comites, Marchiones, &
 domini temporales, vicarii, feudatarii, armorum Capita-
 nei, Communitates quoque civitatum, terrarum, & locorum
 eidem Rom. Ecclesiæ mediare vel immediate subje-
 ctorum, camquam ad pugnam præstantes, non solum
 poenas prædictas incurant, sed ab omni iure quod in locis
 & territoriis suis obtinent, ipso facto cadant, illudq; ad
 Cameram præfatam devolvatur, & devolutum esse cen-
 setur, absq; alia declaratione deluper faciendam. Qui ve-
 rò ad talia cruenta spectacula videnda conveniunt, si no-
 biles, quingenti, si mediocres, si ducenti, necnò excommu-
 nicationis & perpetuæ maledictionis poenam incurant,
 ac locos ipse Ecclesiastico subjaceat interdictio. Et in su-
 per omnia & singula tam per lulum prædecesorem sta-
 tuta, & ut præsertim, per nos confirmata, & illis adiecta,
 perpetuè firmitatis robur obtineat, ac inviolabiliter ob-
 servari debere decernimus. Rom. 10. Cal. Aug. 1519.

allis feris beatus congregatus non est, quæ
 namque moribus, membrorum mutatione, &
 spectacula ubi tauri & fera à in cruce
 à pietate & charitate Christiana aliena sunt, & contra
 hæc cruenta turpæ; dæmonum, & in
 ctacula aboleri, & animarum salutem
 possimus, providere, omnibus & singulis Christianis
 Christianis, quacunq; tam Ecclesiastica, quam Imperiali,
 etiam Imperiali, Regia, vel quavis alia dignitate & gra-
 tibus, quovis nomine nuncupentur, vel quovis
 munitatib' & Rebus publicis, hæc perpetuè
 tutione valitura, sub excommunicationis & interdicti
 proximo ipso facto incurrendis, prohibent' & interdicen-
 ne in suis provinciis, civitatibus, terris, oppidis, & locis
 huiusmodi spectacula, ubi taurorum aliarumq; ferarum
 bestiarum agitationes exercentur, fieri permittant. Illis
 tibus quoq; ceterisq; aliis personis, ne cum hæc in
 bestis in præfatis spectaculis, ipsi cum pedestribus
 quæ sit egressi aut detenti interdicuntur. Quæ si violen-
 rum ibi mortuus fuerit, Ecclesiastica carceris & poenarum
 Clericis quoq; tam regularibus, vel in sacrosanctis
 sacra Ecclesiastica obtinentibus, vel in sacrosanctis
 stitutis, sub excommunicationis poena, ac interdicti
 is interstret, similiter prohibemus. Omnes obsequen-
 tis interstret, similiter prohibemus. Omnes obsequen-
 vel Collegio de huiusmodi taurorum agitatione, cum
 ut ipsi falso arbitrantur, in honorem sanctorum, & ven-
 ramus Ecclesiasticarum solennitatum, & festivitatum,
 que divinis laudibus, spiritalibus gaudiis, & aliis
 non huiusmodi ludis celebrari, & honore debent haberi
 nus factas & facta, seu in futurum fieri, quæ & proci-
 mino prohibemus, cassamus & annullamus, & proci-
 sis, nullis, & irritis haberi perpetuè decernimus, & proci-
 claramus. Mandamus autem omnibus Principibus, Com-
 mitibus, & Baronibus, sanctæ Rom. Ecclesiæ, & aliis
 sub poena privationis feudorum, quæ ab ipsa Ecclesiâ
 obtinent. Reliquos vero Principes Christianos, & ven-
 rum dominos prædictos hortamur in Domino, ac in ve-
 tute sanctæ obedientiæ mandamus, ut pro devota
 reverentia & honore, præmissa omnia in suis
 terris huiusmodi ex altissime servari faciant, & obtem-
 ab ipso Deo mercedem tam boni operis & respectus
 universis venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus,
 Archiepiscopis, & Episcopis, aliisq; locorum ordinariis
 virtute sanctæ obedientiæ, sub obsequen-
 & interminatione maledictionis, quatenus in
 vitatibus, & diocesibus propriis præsentis nostræ
 sufficienter publicari faciant, & præmissa veram
 nis & censuris Ecclesiasticis observari procurant.

TITVLVS XVIII.
 DE TAURORVM ET ALIORVM ANIMA-
 lium agitatione & pugna.

Pius Quintus.
 Feracia & cruenta quæcumq; spectacula, in quibus tauri & feræ
 res alia fera introducuntur, & ad pugnam ludicram, sed plerumq;
 exitialem hominibus, congregantur prohibentur.

CAP. I.
 De salute gregis Dominici nostræ curæ divina
 sp̄latione crediti, prout ex debito pastoralis of-
 ficii astringimur, sollicitè cogitantes, fideles cun-
 ctos gregis ejusdem ab imminenti corporum periculo
 etiam animarum pernicie perpetuò arcere studemus. Sa-
 ne licet detestabilis duellorum usus à diabolo introdu-
 ctus, ut cruenta corporum morte animarum etiam perni-
 ciam lucretur, ex decreto Concilii Tridentini prohibitus
 fuerit, nihilominus adhuc in plerisq; civitatibus, & aliis
 locis, quamplurimi ad ostentationem virtutum suarum &
 auctoritatis, in publicis privatisq; spectaculis, cum cauris &

a Tunc Pontificio & civitatis penitus interdicta sunt duella. An-
 const. monachianam. 2. q. 1. & c. a. de cleric. pugna duello & c. i. &
 l. 1. de purg. vulg. & per las. 1. de hoc iure. ff. de iustitia & iure.

a Negari hoc extra agendum fuit Tit. ampliatum de
 interpretatur, ut cum non extendi esset in illam agitationem
 taurorum, quia talis modus agitur fuit ad ludum & perniciam
 non ad que vitanda lata est lex. Cessante autem ratione de
 gis, cessat eius dispositio, & quæ iuxta limitatam legem
 fuit vel extendi lex. I. cum pater. & de iustitia. ff. de
 quæ ex præmissis legis facta causa legem non vincit. I. ff. de
 conf. par. 1. fol. 170. b. 2. de hato. & Landerog. Lopez in
 nostrum. par. 1. c. 71.

FINIS QVINTI ET ULTIMI LIBRI
 DECRETALIVM SEPTIMI

INDEX



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN